Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

nigrissimus filio meo qui est sus
ceptor penitentium noueris et
peccati ueniam. et ab infamia et
confusione quam times plenissi
mam liberationem impetrasse.
Dixit. et duobus angelis quem
admodum sibi uidebatur ut
eam prolis onere quo grauaba
tur exonerarent precepit. et
cuidam heremite ut per annos
septem eius curam gereret. man
dauit deferri. qui fuit septimo
miliario uicino positus here
mo. Quo facto. liberatam femi
nam pio ammonens sermone
ait. Ecce ab opprobrio quod ti
mebas erepta es. peccati laque
um deinceps caue. et sanctis
studiis ardentius intende. Pro
inde scias te ab episcopo multis
uerbis et improperiis fatigan
dam. nec tamen expauescas. sed
fiducialiter age. quia omnia fa
cile transibis. His uerbis fini
tis uisio disparuit. et sanctimo
nialis euigilans omni quo pri
us cruciabatur onere carere se
sensit. et deo ac liberatrici eius
sanctissime dei genitrici semperque
uirgini Marie incessabiles gra
tias egit. Interim uero a fori
bus minitatus antistes ueniens.
capitolium intrauit. abbatissam
inquisiuit. eamque ad se uocari
precepit. Que diu quesita tan
dem in suo quo beate Marie fa
miliarius seruiebat oratorio re
peritur. et ad episcopum uenire
iubetur. Surgit uero capitu
lum ingreditur. et in loco sibi
solito presuli considere festina
bat. Accedentem igitur illam
obprobriis antistes aggreditur.
et iniuriis fatigatam citius
exire compellit. Illa uero ad
memoriam reducens uerba bea
te dei genitricis ac perpetue
uirginis Marie fiduciam su
mens foras egressa interrita
mansit. Mittuntur etiam post
eam duo clerici pontificali ius
su. qui diuulgatum de ea crimen
explorarent. Accedunt diligenter
attendunt. et nullum in ea ute
ri prole fecundi signum depre
hendunt. Mulieris innocen
tiam presuli renuntiant. sed
illos ipse episcopus pecunia
corruptos existimans per semet
ipsum curiosius explorat. Itaque
nullum in ea criminis obiecti
uestigium cernens. ad pedes eius
corruit. ueniam de illatis in
iuriis exposcit. Illa uero expa
uescens tantam pontificis hu
militatem. terre coram eo pro
cumbit. indignam se clamans
pro qua tam sublimis persona
tanta se humilitate deiceret.
Tunc demum antistes omnibus
que ei crimen obiecerant. uehe
menter iratus est. et ut de mo
nasterio citius exirent precepit.
Abbatissa uero eas licet maliuo
lo animo tamen uera dixisse
perpendens. ad honorem bea